

Myres:
Disserte =
Limeshink
altera Te
adjunctis super
rendendatiam
... allora te
superintender
lo his ...



6
GEORGII HENRICI AYRERI D.

POTENTISSIMI M. BRITANNIAE REGIS ET DVCIS ELECTO-
RIS BRVNSVICO LVNEBVRGICI AB AVLAE CONSILIIS IVR
ANTECESSORIS ACADEMIAE GÖTTINGENSIS H. T. PRO-
RECTORIS ET COLLEGII IVRIDICI DECANI

of.

a. et b.

DISSERTATIONES BINAE

ALTERA

DE

1739

A D I V N C T I S
S V P E R I N T E N D E N T I V M
C H O R E P I S C O P O R V M V E T E R I S
E C C L E S I A E P R O P A G I N E

ALTERA

DE

K 2422 C

S V P E R I N T E N D E N T I B V S
E C C L E S I A R V M P R O T E S T A N T I V M
E P I S C O P O R V M V E T E R I S E C C L E S I A E
P R O P A G I N E

1740
ANTEA SIGILLATIM

N V N C C O N I V N C T I M C V M I N D I C E
E D I T A E.

L I P S I A E

A P V D IO. C H R I S T I A N U M L A N G E N H E M I U M ,

C I D I O C C X L V .





DISSERTATIO PRIMA
DE
ADIVNCTIS SVPERINTENDENTIVM
CHOREPISCOPORVM VETERIS ECCLESIAE
PROPAGINE.

§. I.

Dum de Adiunctis scribere animus est,
neque Adiunctos facultatis philoso-
phicae, quos passim in Academiis
deprehendimus, neque ecclesiae Romanae, qui
Episcopis substitui solent et Coadiutorum ^{a)} no-
mine sunt insignes, neque ministerii ecclesiastici,

A 2

qui

a) De quorum origine agit
ILL. BOEHMERVS in *Origini-
bus praecipuarum materiarum
iuris eccles.* Cap. XIV. Conf.
PETRVS DE MARCA *Concord.*
Sacerd. et *imper.* L. VI. c. 8.

LVDOV. THOMASSINVS *Ve-
ter. et nou. eccles. discipl.* P. II.
L. 2. c. 57. CASP. ZIEGLER.
de Episcop. L. I. c. 15. et qui
ex instituto hoc argumentu m
tractauit, ANT. DADIN. AL-
TE-



qui apud Protestantes Substituti audiunt, ^{b)} sed Adiunctos Superintenturae, quos vocamus, a me intelligi, ante omnia monendum fuit. Et talium quidem Adiunctorum origo non aliunde, quam a Chorepiscopis veteris Ecclesiae, repetenda mihi videtur. Quod ut paulo dilucidius demonstrem, Christianae ecclesiae memoria vltima recolenda eiusque status primus inuestigandus est.

S. II.

Si igitur cum Ill. BOEHMERO ^{c)} quo non meliorem in excutiendis reconditae antiquitatis monumentis ducem sequi possumus, a capite ordinimur et ad ipsa Apostolorum tempora adscendimus, illos ciuitates in primis, multitudine hominum abundantes largioreisque adeo messem promittentes, adiisse in iisque ecclesias condidisse, quidem obseruamus. Sicuti tamen a generis humani redemptore per totum terrarum orbem emissi varias Iudeae regiones peragrarunt; ita nullum plane est dubium, eos quoque agris et vicis verbum diuinum annunciasse coetusque fidelium hinc

et

TESERRA in *Dissert. binis de Coadiutoribus Episcoporum*, inter eiusdem *Dissertationes iuris can.* Tolosae 1657. editas.

b) Horum et vocationem atque constitutionem et salario ac priuilegia data opera persequitur D. IO. DAN. STIP.

PERVS in *Diff. de eo, quod iustum est circa ministror. ecclesiae substitutos.* Lips. 1727. edit.

c) In *Diff. de Christianorum coetibus in vicis et agris, quae est Vta Dissertationum iuris eccl. antiqui ad Plin. Secund. et Tertull.*

* * *

et inde dispersorum etiam rure collegisse suaque imbuisse doctrinam. Falcem in alienam messem immittere forsan videbor, si ad confirmandam hanc sententiam ante omnia auctoritate noui foederis scriptorum vtar. Sed, tantum abest ut I Cti, vti quidem vulgo creditur, adeo mali sint Christiani, ut lectionem sacri codicis prorsus negligant; quin potius cum Corpore iuris inseparabili illam nexu coniungendam esse, vel ob varias causarum decisiones, ex iure diuino reuelato repetendas, cuius genuino Iurisprudentiae cultori persuasissimum est. Ex Praeconibus adeo Euangelii LVCAS de Petro et Iohanne ita scribit: ^{d)} οἱ μὲν ἐν διαμαρτυράμενοι οὐ λαλήσαντες τὸν λόγον τῇ πονηρίᾳ, ὑπέρεργαν εἰσ Ἱερουσαλήμ, πολλάς τε οώμας τῶν Σαμαρειτῶν ἐνηγγελίσαντο. Cuius loci versionem Latinam in gratiam eorum, qui Graeca nesciunt et hinc, non legi illa debere, forte putauerint, addendum esse duxi. Ita autem habet: *Illi quidem itaque testificati et loquuti verbum domini, redibant in Hierusalem, multosque vicos Samaritanorum euangelizarunt.* Clarius adhuc rem, de qua mihi quaestio est, explicat CLEMENS ROMANVS, apud quem ^{e)} haec de Apostolis legimus: Κατὰ χώρας ἐν οὐ πόλεις ηγεύσσοντες καθέσαντας ἀπαρχὰς ἀντῶν δοκιμάσαντες τῷ πνέυματι, εἰς

A' 3

ΕΠΙ-

d) Actor. VIII, 25.

e) Epist. 1. ad Corinth. c. 42.

ἐπισημάτες οὐδὲ διανόητες τῶν μελλόντων πιστεύειν.
i. e. per regiones igitur s. agros et urbes verbum
praedicantes, primitias earum, scilicet regionum
ac ciuitatum, vti recte interpretatur IOH. BOIS-
SIVS,^f) spiritu probantes, Episcopos et Diaconos
eorum, qui credituri erant, constituerunt.
Quo respexit forsan M. ANT. DE DOMINIS,^g)
inter caetera, quae contra purpuratos aulae pon-
tificiae, BARONIVM et BELLARMINIVM, de
successione pontificis Rom. in Episcopatu Petri
disputat, vrgens, Petrum iam tres habuisse Chor-
episcopos insignes, Linum, Cletum et Clemem-
tem. Quanquam, vt statim ex sequentibus pa-
tebit, nomen Chorepiscoporum tardius, quam
ipsa res, innotuerit, id quod diligentissimum alias
antiquitatum ecclesiasticarum scrutatorem, LVD.
THOMASSINVM^h) aeque, ac MORINVM,ⁱ⁾ ideo
a IACOBO BASNAGIO,^k) CLEMENTIS lo-
cum aduersus nonnullorum obiectiones vindican-
te, refutatum, haud dubie seduxit, Chorepisco-
pos tria priora secula habuisse plane nullos, falso
inde sibi persuadentes.

§. III.

f) in *Annotationibus ad h.l.*
HENRICI WOTTONI editio-
ni Cantabrig. an. 1718. ad-
iectis.

g) de *Rep. eccles.* L. IV. c.
 6. §. 17.

h) l. d. P. 1. L. 2. c. 1. §. 8.

i) de *Ordinat.* P. 1. Ex. 4.
 c. 1.

k) *Histoire de l' Eglise* L.
 1. c. 5.

§. III.

Confirmat, quae ex Actis Apostolorum Epistolisque CLEMENTIS adduxi, inter scriptores profanos PLINIUS SECUNDVS,¹⁾ Traiano, ut rem miratu dignam, referens, non ciuitates tantum, sed vicos etiam atque agros superstitionis istius contagionem per uagatam esse. Hoc autem ipsum nomine contumelioso Christianae incrementum religionis indicasse, nemo mirabitur, qui cogitauerit, gentilem fuisse adeoque ex mente gentilium non aliter loqui potuisse, quorum quippe indignatio aduersus crescentes indies Christianorum coetus frequenter admodum, teste TERTULLIANO,²⁾ fuit audita. Obsessam, inquit, vociferantur ciuitatem, in agris, in castellis, in insulis Christianos. Omnem sexum, aetatem, conditio nem et iam dignitatem transgredi ad hoc nomen, quasi detrimento moerent. Vnde quoque factum est, ut gentilibus, quorum magnus adhuc numerus passim in pagis ac vicis supererat, quamuis iam pleraeque ciuitates Christianam religionem ample xae essent, nomen paganorum tribueretur, ad omnes deinde Ethnicismo addictos, ut in vribus commorantes, translatum. Quam solidam deno-

1) Lib. X epist. 97.

2) In Apologet. c. 1.



denominationis rationem tum GERH. IOH. VOS-
SIVSⁿ⁾ tum ARNOLDVS VINNIUS^{o)} reddit, a
B. HEINECCIO^{p)} quoque approbatam illustra-
tamque. Plura testimonia, quae partim Illustr.
BOEHMERVS^{q)}, partim scriptor Anglus^{r)} ex
patribus ecclesiae, IVSTINO MARTYRE, CY-
PRIANO et EVSEBIO hanc in rem attulit, su-
peraddere huius scriptionis limites vetant.

S. III.

Id potius nunc monendum est, non aliam
ecclesiarum, in agris et vicis, quam in ciuitatibus,
collectarum, fuisse rationem, et vtrasque ab initio
suos habuisse presbyteros s. Episcopos,^{s)} nec no-
mine, nec dignitate, nec potestate, a se inuicem
distinctos, sed aequales omnes gradu, *eiusdem*, vt
HIERONYMVS ait^{t)}, *meriti eiusdemque sacer-
dotii*,

n) In *Comment. ad PLINII Epist. cit. p. 45. sqq.*

o) Ad pr. I. de *militari testamento* voc. paganor.

p) in *not. ad VINNII Comment. ad Instit. l. d.*

q) Diff. cit. §. 3. sqq.

r) in *Tr. de Regin. eccles. primor. seculor.* a IENCKINO THOMASIO ciuitate Latina,
et a IOH. EVSTACHIO GOLD-
HAGEN Germanica donatus,
cap. II. §. 12.

s) Ignotum enim fuisse o-

lim presbyterorum et Episco-
porum discrimen, iam dudum
euicerunt alii. Vid. WALO
MESSALINVS s. SALMASIVS
de Episcop. et presbyt. Conf.
VAL. VELTHEMI Diff. de Epi-
scopor. iur. et BOEHM. Com-
ment ad P. de MARCA C. S.
et I. L. II. Obs. 9. Postquam
autem illud per urbanas eccl-
eias inualuit, in ruralibus quo-
que Episcopi a presbyteris di-
stingui cooperunt.

t) Ep. 85.



dotū, quod non solum ex iis, quae modo laudatus BOEHMERVS aduersus cathedralē Episcopalis adulatores nimios differit ^{u)}, sed exinde quoque sit planum, quod, vti plenius scriptor ille ANglus ^{x)} probauit, Episcopatus tum non latius, quam hodiernae parochiae, quod vocabulum a rusticāis ecclesiis ad vrbicas translatum esse, obseruat DIONYSIUS PETAVIUS, ^{y)} patuerunt. Neque improbabilis est coniectura, quam plures ex Episcopis, anno CCLVIII. Carthagine congregatis numerumque LXXXVII. impletib[us], fuisse oppidorum obscurorum Episcopos, cum apud PTOLEMÆVM aliosque veteres Geographos nuspiam oppidorum nomina reperiantur. Pasim hinc apud antiquos scriptores ecclesiasticos ruralium Episcoporum fit mentio, vti pluribus SAMVEL BASNAGIVS ^{z)} ostendit.

§. V.

Sed successu temporis et seculo in primis IV. vbi de potestate, officio et gradu illorum disputari coeptum est, Episcopi in vrbibus, quorum ambi-

u) Diff. cit. §. 4. sqq.

præcip. mat. iur. eccles. cap.

x) I. d. cap. 11. sqq.

III. et plenius in iure paroch.

y) Ad Epiphan. Haeres. 69.

Sect. II. cap. 2.

p. 276. edit. Parif. ann. 1622.

z) In Annal. eccles. ad ann.

Originem parochiarum indagavit BOEHMERVS in Orig.

341. §. 14. sqq.

B



ambitio tum in immensum creuerat, amplius ferre non potuerunt hanc aequalitatem, quin potius, nomen Episcopi in agris vilescere, putantes, effecerunt, vt, hocce titulo sibi solis referuato, ii, qui rure degereht, Chorepiscopi non a choro, quasi inspectores chori, aut ex choro sacerdotum essent, vt perperam nonnulli existimarunt ^{a)}, sed a χώραι, quod vocabulum villam vel agrum significat, quia erant χώραι, vel, vt DIONYSII EXIGVI auctoritate motus, mauult IOH. CASP. SVICERVS ^{b)}, τῶν χωρῶν ἐπίσκοποι, ruris Episcopi, Regionarii, villani, vicani, quae nomina promiscue adhiberi videas, appellarentur. Prima talium Choropiscorum mentio facta in Synodo Ancyranā an. CCC XIV. circiter in Galatia habita, can. XIII. Postea in conciliis Neocaesariensi c. XIV. Antiocheno c. VIII. et X. Laodiceno c. LVI. et in sequentibus Synodis, praesertim Chalcedonensi c. II. aliisque veterum monumentis multa et frequens occurrit. Neque Occidenti haec dignitas incognita mansit, tametsi serius ipsum nomen ibi sit vsu receptum. ^{c)}

§. VI.

a) Conf. STRYCK. annot. ad SCHILT. I. I. C. L. I. Tit. 7. §. 21. add. RHAB. MAVRVS de *de institut. sacerd.* L. I. c. 5.

b) In *Thef. eccles. voc. χωρεῖς*.
c) Vid. BLONDELLVS de *Episcop. et presbyt.* Sect. III.
ZIMMER-



§. VI.

Neque vero in sola nominis differentia ac-
quieuit fastus Episcopalis, sed, ecclesiarum ratione
magis magisque ad statum ciuilem sese compo-
nente et subordinatione inter ipsos Episcopos in-
ualesceente, Chorepiscopi quoque Episcopis ciu-
itatisibus, quos vocant, subiecti fuerunt. Vnde
ad exemplum regiminis secularis territorium Epi-
scopi regio illa, quae ciuitati adiacet et in antiquis
canonibus Dioceſeos, aliquando etiam paroeciae
nomine venit, vocari coepit.^{d)} Haec tamen subie-
ctio dignitatem Episcorum ruralium non ma-
gis imminuere potuit, quam Episcopi in ciuitati-
bus ideo quidquam ex sua amiserunt, quod Me-
tropolitano subordinati essent. Neque hinc opus
est illos vel cum THOMASSINO ^{e)} ex collegio
Episcorum penitus expungere, vel, quod CAB-
BASSVTIVS ^{f)}, BELLARMINVS ^{g)} et P. DE
MARCA, operose hanc distinctionem persecutus,^{h)} sed a BLONDELLO ⁱ⁾ refutatus, faciunt,
inter Chorepiscopos, qui habuerint ordinationem

B 2

Epi-

ZIMMERMANN. *Annal. misc.*
mens. XII. n. 4.

d) *Vid. c. 10. C. 16. q. 7.*
e) *c. 17. C. 18. q. 2.*
f) *Notit. concil. c. VIII. p. 45.*

g) *de Cler. L. I. c. 17.*
h) *de C.S. et I. L. II. c. 13.*
i) *de Episcop. et presbyt.*
Sect. II. p. 43. et Sect. III. n.
II. sqq.



Episcoporum et alios, qui meri fuerint presbyteri, distinguere, vel cum iuris canonici interpretibus plerisque, TVRRIANO,^{k)} ESTIO,^{l)} ANT. AVGVSTINO^{m)} et aliis, quos etiam sub ficto WALONIS MESSALINI nomine latens CLAVD. SALMASIVS,ⁿ⁾ SPALATENSIS item,^{o)} FIELDIVS^{p)} et FORBESIVS^{q)} sequuntur, presbyterorum ordini simpliciter accensere, vel, ut ZIEGLERO,^{r)} cuius opinioni non solum CHRISTIANVM THOMASIVM^{s)}, sed etiam viros summe reuerendos, CHRISTIAN. MATTH. PFAFFIVM^{t)} et SAL. DEYLINGIVM,^{u)} ad stipulari video, placuit, Chorespiscopis medium inter Episcopos et presbyteros locum assignare adeoque praeter ecclesiae antiquae rationem quatuor Clericorum ordines, quorum tantum tres noti sunt, statuere. Quae distractae eruditorum de Chorespiscopis sententiae causa fuerunt, cur amplius ceteroquin rerum ecclesiasticarum collector, GOTTFR.

- ^{k)} Not. in can. 54. Concil. Nic. Arab.
- ^{l)} in IV. Sent. Dif. 24. §. 30.
- ^{m)} Epit. iur. can. L. VI Tit. I. c. 8. 11. 13.
- ⁿ⁾ l. d. c. V.
- ^{o)} de Rep. P. I. L. 2. c. 9.
- ^{p)} Of the Church L.V. c.29.
- ^{q)} Iren. L. II. c. 11. prop. 14.
- ^{r)} de Episc. L. I. c. 13. §. 1. sqq.
- ^{s)} In not. ad LANCELL. I.I. C. Lib. I. Tit. 17. §. 1. n. 238.
- ^{t)} Instit. iur. ecclef. L. II. c. 3. §. 10.
- ^{u)} Instit. prud. pastor. pro theor. gen. c. I. §. 13. extremo.

FR. ARNOLDVS, ^{x)} eos saltem leui brachio attigerit, nihilque de iis definuerit. Fuisse vero non tantum Episcopis suppares, quo DIONYSIVS PETAVIVS primum inclinat, ^{y)} sed, quod ipse deinde, clarius mentem suam explicans, agnoscit, veros Episcopos, in villis atque agris cum potestate presbyteros rurales, qui *ἐπιχωρεῖοι* cap. XIII. Concil. Neocaef. s. presbyteri *ἐν ταῖς χωραῖς* c. VI. Concil. Antiochen. dicuntur, atque a DIONYSIO EXIGVO *presbyteri ruris*, in aliis canonum editionibus *conregionales* Latine redundunt, regendi constitutos, et ipsum nomen sat tis indicat, et iam pridem a clarissimis Anglis, BARLOVIO Episcopo, ^{z)} HAMMONDO, ^{a)} BEVERIGIO, ^{b)} CAVEO, ^{c)} multis argumentis fuit demonstratum, quibus nouissime calculum suum adiecit accuratissimus originum ecclesiasticarum indagator, IOSEPHVS BINGHAMVS, ^{d)} dubia simul nonnullorum, qualia etiam ZIEGLERVS BEVERIGIO obmouit, solidissime soluens, et Choropiscorum officium atque potestatem

B 3

exakte

x) In der Abbildung der ersten Christen L. II. c. II. §. 15. subfinem.

y) l. c. p. 277.

z) Letter to Bishop Vsher in Vsh. Lett. 222. p. 520.

a) Dissert. III. *contra BLONDELL.* c. 7.

b) Pandect. Tom. II. *Not.* in Concil. Ancyrr. c. 13. p. 176.

c) Prim. Chriſt. p. I. c. 8.

d) Orig. eccl. L. II. c. 14. §. 4. sqq.

exacte describens. Eandem quoque sententiam
 tuetur Ill. BOEHMERVS,^{e)} cuius vestigia pressit
 IAC. GABR. WOLFFIVS.^{f)} Hoc tamen nega-
 ri nequit, Chorescoporum, qui nimium sibi arro-
 gare incipiebant, potestatem in conciliis seculi IV.
 valde limitatam, ipsosque ab Episcopis, qui eccle-
 siis in urbibus praeyerant, magis magisque fuisse
 distinctos^{g).} Etiam si enim intuitu officii συλλει-
 τρεγοι s. comministri et collegae Episcoporum
 vocarentur; attamen, ut saltem dignitate villanos
 se inferiores esse, ostenderent praefules urbani,
 nouum vicariorum nomen introduxerunt, habere
 quidem Chorescopos dignitatem Episcopalem,
 sed vicariam solum, et sic omnem eorum potesta-
 tem ab Episcopo, cui subessent, tanquam a capi-
 te gubernationis ecclesiasticae, dependere. Quod
 ipsum tamen ab Episcoporum ordine illos mini-
 me exclusit, neque quidquam obstat, quod Epi-
 scopalia quarundam functionum exercitia iis fue-
 rint denegata. Duplicis generis Chorescopos
 in vetere ecclesia fuisse, alios scilicet in parvulis
 oppidis, vicos ac pagis; alios contra, qui in urbibus
 maioribus ipsorum Episcoporum praesentium
 vices gererent, ex canone VIII. Concilii Nicaeni

euin-

e) Diff. cit. §. 8. et. 9. c. 7. membr. 3. §. 21.

f) Institut. iurispr. eccl. L. I. g) Vid. c. 4. D. 68.

euincere studuit ANT. VAN DALE.^{b)} Quod quomodo sit accipiendum, explicat IOH. FRANCIS C. BVD DEVS.ⁱ⁾

§. VII.

Reprobatos tandem Choropiscopos et penitus sublatos fuisse, vulgo ex epistola quadam DAMASI^{k)} probari solet; sed aeque illam supposititiam esse, ac alias eiusdem farinae decretales, in Collectione ISIDORI MERCATORIS obuias, ex instituto demonstrauit DAVID BLONDEL-LVS.¹⁾ Primum iis vulnus inflictum est anno CCCLX. in Concilio Laodic. c. LVI. vbi patres tum congregati ita sanxerunt: "Οτι γε δει εν ταις ιωμαις οντος εν ταις χωραις παθισαθαι επισηπτως, αλλα περιοδευτας, quod non oporteat in villulis vel in agris constitui Episcopos, sed periochteas. Quod vocabulum non circuitorem s. circumcursatorem, vti quidem vulgo redditur, sed curatorem animarum eodem sensu denotare, quo curatores corporum s. Medici olim dicebantur periochteas.

^{b)} In *Dissert. de vera et falsa prophetia* p. 1. c. 4. p. 218.

ⁱ⁾ In *Commentat. Historico-dogmat. de Ecclesia Apostolica* c. VI. §. 3. not. ** pag. 687.

^{k)} Vid. c. 5. D. 68.

¹⁾ In *Pseudo-Isidoro et Turiano vapulante. Conf. programma nostrum inaug. de Collectione iuris can. tum veteris tum recentioris.* pag. 22. sq.



riodeutae^{m)} praeter SALMASIVMⁿ⁾, SVICERVM^{o)} et HILDEBRANDVM,^{p)} contendit supra laudatus IAC. BASNAGIVS,^{q)} inde curati titulo, qui medio aevo promiscue parochis tri-
bu

m) Frequens est apud veteres haec Medicorum appellatio, rei ipsi adeo visa conueniens, ut περιοδια and περιοδένειν, quae vocabula proprie actum obambulandi indicant, cuiuscunque morbi sanationem et profanis et ecclesiasticis scriptoribus significarent. Quod variis exemplis et CAROLVS DV FRESNE in *Gloss. med. et inf. Graecit.* et SVICERVIS in *Thef. eccl. h. v.* docent, quorum illud, quod ex ATHANASIO desumptum est, prae cæteris ideo meretur notari, quod idem verbum ibi de Christo coecum sanante adhibetur. Sed quod multis eiusmodi vocabulis accidit, innocentia et honesta appellatione in deteriorem partem detorqueri coepit, male deinde periodeutae audire eoque nomine Medicastri et circumforanei tantum denotari coeperrunt. Vnde nec MODESTINVM ICTUM, cuius fragmentum extat in l. 6 ff. de *Excusat.* vbi §. 2. Medicis, qui pe-

riodentiae vocantur, quemadmodum a reliquis muneribus, ita etiam a tutela et cura vacatio tribuitur, non tales intellectissime circulatores, ex aliis iuriis textibus probat MENAGIVS in *Amoenit. iur. ciu. c. 35.* p. 219. Neque vero sedentarios et in umbra medicinae studia exercentes, vti CIVACIVS ad h. I. notauit, quos, obseruante MENAGIO, l. d. p. 220. Medicorum princeps, HIPPOCRATES, λόγω, &n έργω ἡρεσίς vocat, sed eos solum, qui circumeundo et aegros perambulando publicis commodis inferuiunt, atque Clinici alio nomine dici consueverunt, hoc priuilegio gaudere, ipsa ratio legis fatis innuit, quae illos onere tutelae ab officio aegrotos visitandi non vult auocari.

n) De Episc. et Cler. p. 314.

o) Thef. eccl. voc. περιοδένεις.

p) De Episc. §. 50.

q) l. c. §. 6.

bui solebat et hodienum apud Gallos, vti vocabulum *Curé* testatur, vsitatus est, lucem affundere conatus. Ratio, quae potissimum huic explicationi fauere videtur, haec est, quod periodeutae in locum Chorepiscoporum substituendi ex intentione concilii, nomine saltem Episcopali mutato, nihilominus in vno loco manere debuerint. Verum enim vero munia ipsorum in circumeundis lustrandisque ecclesiis omnino constitisse, peculiari opera satis probatum dedit **GVSTAV.** **GEORG. ZELTNERVS.**^{r)} Vnde non male **SCHILTERVS,**^{s)} eis comparat die Land-Inspectores, passim ad ecclesias visitandas constitutos et pagos vicosque crebro hoc fine obambulantes. Sicuti tamen ipse **ZELTNERVS** Celeberrimi **EVERH. OTTONIS**^{t)} sententiam in medio relinquit, scilicet similem Medicorum, aegros visitantium, circuitioni vocis periodeutae significatum esse, sed ipsos periodeutas praeter munus illud ecclesias obeundi certae ecclesiae s. certo aliqui vico affixos fuisse; ita iis, quae in contrariam partem moneri possent, repugnat locus **THEODORITI**, quem pro eadem opinione stabienda

attu-

r) In *Theologo circuitiore s. de periodeutis veter. eccl. restituendis* voto, quod dissertationis Hist. Theol. argumen-

tum continet, Altorf. 1718.
edit.

s) *I. I. C. L. i. Tit. 7. §. vlt.*

t) *De aedil. colon. c. VI. n. 7.*

G



attulit elegantissimus AEGID. MENAGIVS.^{u)}
Sed quancunque demum sententiam in re tam
dubia et a nostra aetate tam remota amplectaris,
id certum est, patres concilii Laodiceni scopum
suum non statim obtinuisse. Discrimen enim in-
ter Chorepiscopos et periodeutas per longa ad-
huc temporum interualla continuatum fuisse, tum
ex l. 42. §. 9. C. de *Episc. et Cler.* obseruat Illustr.
BOEHMERVS,^{x)} tum variis Chorepiscoporum,
post illa tempora adhuc occurrentium, exemplis
DIONYS. PETAVIVS, IAC. BASNAGIVS et
JOSEPHVS BINGHAMVS ostendunt.^{y)} Diu-
tius adhuc in ecclesia Occidentali, vbi etiam, quod
supra iam monui, tardius innotuerunt, floruisse,
constat, Chorepiscopos, neque hos ab ordine Epi-
scoporum excludi passus est R HAB. MAVRVS,
seculo IX. sedem Archiepiscopalem Mogunti-
nam occupans, sed ipsis aduersus decisionem Leo-
nis III. Pontificis, cui contentionem hac de re ex-
ortam dirimendam proposuerat Carolus M., di-
gnitatem Episcopalem vindicauit.^{z)} Neque
vero statim decretum papale de abrogandis Chor-
episcopis a proceribus, qui tum in comitiis Ra-
tisbonensibus congregati erant, approbatum fuit,
quippe

u) In *Amoenit.iur.ciu.c.35.*

y) locis cit.

p. 217.

x) *Iur.Eccles.Protest.L.II.*
Tit. 39. §. 21.

z) In *Tr. de Chorepiscop.* a
BALVZIO edit. Tit. 8.

quippe qui eos saltem ad presbyterorum ordinem
reuocarunt.^{a)} Ab hoc tamen temperamento
ipsum Carolum M. tempore procedente rece-
sisse atque Chorepiscopos de gradu deieciisse suo,
immo tandem penitus sustulisse, ex variis capi-
tulis colligit ZIEGLERVS^{b)}, qui simul causas
diuturnae ipsorum conseruationis in ecclesia Oc-
cidentalni dissoluto Episcoporum viuendi generi
adscribit, qui, genio suo indulgentes, venationi,
aucupio caeterisque seculi oblectamentis, vnic
vacabant et ad functiones officii sui vicaria alio-
rum opera vtebantur. Vnde apud pseudo D A-
MASVM,^{c)} cuius fictae epistolae circa illud tem-
pus lucem adspexerunt, meretricibus comparan-
tur, quae statim, vt pariunt, infantes suos
aliis nutricibus tradunt educandos, vt suam ci-
tius libidinem explere valeant. Nam et ipsi
infantes suos, id est, populos sibi commissos aliis
educandos tradere ibi dicuntur, vt libidines ex-
pleant, id est, pro suo lubitu secularibus curis
inhient, et, quod vnicuique visum fuerit, liberius
agant. Nulla aut rarior saltem ab illo tempore
in Occidente Choropiscorum fit mentio, qui
seculo X. et XI. circiter tandem penitus occide-
runt

C 2

a) Vid. Cap. Reg. Franc. L.
VII. c. 187. Conf. BALVZ.
T. II. p. 1237.

b) l. d. et in not. ad LAN-
CELL. L. I. Tit. 17. §. 2, n. 242.
c) Epist. V.



runt atque in eorum locum Decani rurales et plebani surrogati fuerunt.^{d)} Qui enim in ecclesiis Germaniae et Galliae adhuc retenti sunt Chorepiscopi, ex quibus Treuirensem et Coloniensem pro exemplis adducit RHETIUS,^{e)} nomine potius, quam re ipsa, tales esse censentur.^{f)}

§. VIII.

In Anglia sub initium reformationis regnante HENRICO VIII. de Chorepiscopis sub Episcoporum suffraganeorum nomine restituendis actum esse, BVRNETVS^{g)} memoriae prodidit et ex eo BINGHAMVS^{h)} adnotauit. Saltem similes illis esse in ecclesiis Anglicanis Decanos rurales, tempore IACOBI I. ostendit D. MOCKET,ⁱ⁾ quem Archiepiscopo Cantuariensi a sacris domesticis et praefectum collegii omnium animarum in Academia Oxonensi fuisse, ex ACTIS eruditorum Lips.^{k)} didici, quae etiam fata libri, ob iunctos

ipfi

d) Vid. SPELMANNI *Glossar. Archaiolog. voc. Chorepiscopi. add. Consultiss. DIETERICVS GOTTH. ECKARDT. in der Erklärung über IOH. SCHILTERI Inst. Iur. can. L. I. Tit. VII. §. 21. n. 23.*

e) *Inst. iur. publ. L. I. Tit. 16. §. 22.*

f) Conf. CHYTRAEI *Sax. L. XXV. et XXVI. et SITHMANN de iure Episc. c. 1.*

g) *Hist. of Reformat. Vol. I. p. 157.*

h) l. d. §. 17.

i) In *Tr. de politia ecclesiae Anglic. qui vna cum RICHARDI ZOVCH descriptione iuris et iudicij eccles. et descriptione iuris et iudicij temporalis Lond. 1683.* fuit recusus.

k) Ann. 1685. p. 100. sqq. vbi recensio modo dictorum Tractatum extat.

ipſi alioſ libroſ regimini ecclieſiaſtico pernicioſos,
flammas paſſi, enarrant.

§. VIII.

In Germania excusso iugo pontificio repurgatoque B. LUTHERI opera ſacrorum cultu ſtatutus ecclieſiaſticus in terris Protestantium aliam plane faciem induit. Ceffauit enim illa Hierarchia dominatusque papalis, cui adornondo, tuendo amplificandoque Pontificii doctores tantopere fuerunt intenti, omneque ius circa ſacra, quod Clerus per tot ſecula uſurpauerat, ſummae potestati ciuili vindicatum fuit, ac principibus Euangelicis etiam per pacem Religiosam et Westphalicam iure quaſi postliminii restitutum. Neque tamen hinc omne diſcrimen inter ministros ecclieſiae ſublatum, ſed boni ordinis cauſa pro functionum, quas obeunt, varietate ac differentia diuersus quoque honor diuersaque dignitas eis attributa. Eſt igitur etiamnum quae-libet fere prouincia, quae principi Euangelico paret, in certas dioeceses diuifa, quarum unaquaque, vti olim Episcopi inspectioni ſuberat, ita nunc, exploſa iurisdictione Episcopali, utpote quae omnis in principe reſidet, et modeſtiore vocabulo Latino, quod tamen Graecum ἐπισκοπής planiſſime interpretatur, adhibito, Superintendentiſ curae eſt demandata, cuius muneris ra-

C 3 tionem

* * *

tionem plena manu tradit C A S P. ZIEGLERVS.¹⁾
Istae dioceses suas habent parochias, maxime pa-
ganas et rurales, quarum parochi s. pastores Su-
perintendentem, vt superiorem suum, reueren-
tur, de rebus in parochia sua contingentibus ad
ipsum referunt, praexceptisque eius obtemperant,
auctoritate principis, a qua sola robur accipiunt
suum, datis.^{m)} Quum autem vnuſ ſaepe non ſuf-
ficiat omnibus in vna prouincia dirigendis, Super-
intendenti Generali plures Speciales et Adiuncti
ad exemplum veterum Chorēpiscoporum, quos
hinc non incongrue cum illis comparat I O H.
S C H I L T E R V S,ⁿ⁾ ſunt ſubordinati. Quae instituta
ſicuti ad bonum ordinem in ecclesia reducendum
promouendamque disciplinam ecclesiasticam mul-
tum conferunt; ita non ſolum in Saxonia Electo-
rali,^{o)} vbi tamen deinde, tum nomen, tum officium
Superintendentis Generalis fere in desuetudinem
abiit.

1) In libello singulari, qui
Superintendens inscriptus est.

m) Praeuiuit iam L V T H E R V S et noiminis et officii hu-
ius determinatione im Unterricht der Visitatoru Tom. IV.
Altenb. fol. 468. rubr. Von Ver-
ordnung des Superintendenten.

n) l. d. §. penult.

o) Vid. *Ordinat. eccles. Elec-*
tor. Sax. Tit. Von der Visitation
it. Rubr. Von Amt der Gene-

ral-Superintendenten, vbi ſic
conſtitutum legitur: Damit die
Special-Superintendenten und
derselben Adiuncten unterworffe-
ne Pfarrer in gebührenden Fleiß
und Treu ihres Amtes und göttl. Be-
ruffs, so viel die Sorge iſyr ihnen
von Gott befohlenen Pfarr-Kinder
und Inspection der andern jeden
aſſignirten Kirchen anlanget, ge-
halten werden, ſoll jeder Gene-
ral-Superintendent auf ſeine
Special-

abiit. ^{p)} sed etiam in terris ducum Saxoniae inualuerunt, vbi potissimum Ernestus Pius, dux Saxo-Gothanus, gloriosae memoriae, cui salutem ecclesiae in primis curae cordique fuisse constat, saluberri- mas ordinationes ecclesiasticas condidit et ad ea- rum exactiorem obseruationem nouos passim in- spectores rei ecclesiasticae et Adiunctos ἐπισκο- πάτων constituit. Extra Saxoniam vero non tam frequens est haec functio, sed Decanorum no- men magis receptum est. In terris Brunsuico- Luneburgicis, vbi olim Archidiaconorum sic dicti Locumtenentes, s. vicem gerentes, quales subscrip- tiones in antiquis diplomatibus ocurrunt, Adiunc- tis similes fuisse videntur, Superintendentes Spe- ciales sunt frequentiores. Quod ad ipsam subordi- nationem Adiuctorum, vbi hi vsu veniunt, attinet, illa ita se habet, vt, si casus dubius incidat, Adiuncti
Superin-

Special-Superintendenten und Adiuncten fürnehmlich seine flei- sige unmachlässliche Inspection halten, und mit Ernst sehen, da- mit jederzeit solche Aemter mit rei- nen, unverdächtigen, beständigen, aufrichtigen, redlichen, christlichen, verständigen, eiserigen Personen, so viel möglich, versehen, daß auch jeder seinem Befehl und Amt der Instruction nach mit Fleiß und treulich nachkomme, und hierinnen niemand verschont werde.

p) Vid. ZIEGLER l. c. c. III. §. 6. vbi rationem, cur Su- perintendens Wittenbergen- sis solus nomen istud retine- rit, hanc esse, suspicatur, vel quod prior tempore hoc ti- tulo fuerit insignitus, vel quod Wittenberga, Electoratuvin- culo annexa perpetuo, pri- mam in circulo Electorali se- dem adeoque quasi metro- polin constituat.



Superintendentem, et hic consistorium, quod apud Protestantes nomine principis iurisdictionem ecclesiast. exercere solet, consulere debeat. 9)

§. X.

Neque tamen vna eademque omnium Adiunctorum est conditio, potius mediatos alios, alios immediatos esse videmus. Illi Superintendenti sunt subordinati et ad eum de rebus, quae in ecclesiis ad inspectionem suam spectantibus geruntur, referunt; hi contra immediate Consistorio subsunt et peculiarem suam, vti ipse Superintendens, habent dioecesin, in qua etiam visitationes ecclesiarum et scholarum suscipiunt atque in causis matrimonialibus aliisque ecclesiasticis cum iudicio ecclesiast. inferiori, quod das geistliche Untergericht vocari solet, primam instantiam formant, nisi quas Consistorium sibi soli reseruauerit, de quibus vel ab Adiuncto solo vel a iudicio ecclesiastico inferiori relations ad illud fiunt. Talem Adiuncturam esse Frauenbreitungensem, intellexi ex iis, quae nuper mecum amice Vir quidam Plurimum Reuerendus hac de re communicauit. Habuisse enim illam, scribit, cum adhuc pagoSchwallungensi affixa et Superintendenti Wasungensi subordinata esset, Adiunctum mediatum, qualis etiam olim Herpfiae fuit, sed, postquam a. MDCLXXIII. ab Ernesto pio Schwallunga Frauenbreitungam translatâ est, Georgium Melchiorem Reichartum primum Adiunctum immediatum nactam esse.

DISSER-

q) Conf. *Instruction die Carteification* betreffend Tit. 2. Vor die Superintendenten und Adiunctos §. 5. in den Fürstl. Sächs. Ernestinischen Verordnungen das Kirchen- und Schul-Be- sen, wie auch Christl. disciplin betreffend, quae saepius sunt recusae. Add. Kirchen- Ordnung Tit. XIV. von derer verordneten Superintendent. und Adiuncten Inspection §. 5. apud AHASV. FRITSCH. *Iur. eccles.* part. III. pag. 233.



DISSERTATIO SECUNDA
 DE
**SUPERINTENDENTIBVS
 ECCLESiarVM PROTESTANTIVM
 EPISCOPORVM VETERIS ECCLESIAE
 PROPAGINE.**

§. I.

Ex hisce igitur, quid de Adiunctis eorumque origine habendum sit cuius patebit: quamobrem nunc in origines Superintendentium breuiter inquirendum, atque vel primas ducendo lineas ostendendum erit, illos et nomine et omni Episcopos ecclesiae Christianae primiuae referre. Hoc non adparebit dilucidius, quam si vtriusque muneric functiones inter se comparentur. Antequam autem singulas persequamur, generatim cum ZIEGLERO^{a)} praemonuisse iuuabit, Episcopi nomen non cum ecclesia demum ortum, sed iam ab antiquissimis inde temporibus Graecis pariter atque Romanis fuisse familiare. Ut enim nunc omittam, passim in scriptis HOMERI, PINDARI, AESCHYLI, PLVTARCHI, HERODIANI aliorumque ipsos

D

Genti-

a) de *Episcopis* Lib. I. c. 1, §. 1.



Gentilium Deos , vtpote caeli praeſides et cuſtodes, ex alto ſpeculatores, rechte factorum ma-leſiorumque inspectores, ac paſtorum teſtes, Epifcopos dici ; Reges item populum fuorum paſtores et Epifcopos adpellari ; nomen iſtud variarum rerum , profanarum potiſſimum , inspectoriibus atque curatoribus tribui, adeoque politiciſ officiis accommodari ſolitum eſt ^{b)}). Hinc illud non ordinis eccleſiaſtici proprium, ſed ſaecularium quoque hominum commune eſſe , tum eruditissime , tum elegantissime, vti omnia ſolet, docuit Vir ſumme Reuer. CHRISTOPH. AVG. HEVMANNVS ^{c)}). Sed neque hoc cum CLAVD. SALMASIO ^{d)}) intactum hic relinquere poſſu-mus, ſicuti apud Graecos ἐπισκοπὴν ἀπὸ τῆς ἔξτιας , ita apud Romanos curationem ſi. inspectionem a potestate fuiffe diſtinctam. Lubet hiſce obſeruationi-bus, quum ad dulcissimos claſſi-ſorum aucto-rum fontes nos deducant, tantisper immorari. Si ad Graecorum igitur reſpublicas adſcendamus , ἐπίσκοποι ſe nobis offerunt, quos Athē-

b) Conf. SVICERI Thes. Hippolitus ſaeculi tertii ſcri-eccleſ. voc. ἐπίσκοπος et BALTH. ptor eccleſiaſticus ? Gotting. MEISNERI diſſ. de Legibus L. 1737.

IV. Sect. 2. Art. 2. Q. 3.

d) In diſſ. de foenore Tra-

c) Diſſ. in qua docetur, vbi pezit. p. m. 528 ſqq. et de pri-er qualis Epifcopus fuerit S. matu papae c. 1.

* * *

27

Atheniensēs ad visendas perlustrandasque ciuitates, ditioni suae subiectas, mittere solebant ^{c)}; quod genus inspectores, in oppida missos, Laco-nibus ἀρμοσας dictos esse, legimus ^f). Neque vero semper eiusmodi Episcopos s. Ephoros, veluti magistratus, summum rerum arbitratum habuisse, ex eo colligere licet, quod apud Athenienses quoque occurunt τῆς χώρας ἐπίσηποι, alio nomine πεζίπολοι, a circumitione et peregrinatione sua ita vocati ^g), quos, antequam ληξιαρχινοὶ fieri, id est, rei hereditariae potestatem et bonorum suorum possessionem nancisci possent, ab anno aetatis duodeuicesimo, quo ex ephebis excesserant, usque ad ipsum vicesimum regiones limitaneas intra Atticae fines ^h) circumire, veluti tirocinia armorum meditando, cuncta sedulo circumspicere, subinde urbana et suburbana castella custodire, suamque adeo vigiliam populo adprobare oportebat, quo, necessi-

D 2 state

e) Vid. HARPOCRATION,
et qui eum descripsit, SVIDAS,
VOC. ἐπισκοπος.

f) conf. SCHOLIASTES
ARISTOPHANIS in *Aubus*
v. 1023.

g) Vid. HARPOCRATION
VOC. περίπολος, et quae tum
PHIL. IAC. MAVSSACVS ad

h. l. adnotauit, tum HENR.
VALESIVS ad MAVSSACI
notas adiecit. add. GVIL.
POSTELLVS de *Magistratibus*
Atheniensium c. 18.

h) conf. SAMVEL PETITVS ad *Leges Atticas* L. VIII. Tit. I.

tate forte ingruente, regionum, viarum et locorum, peritia patriae prodeissent. Talis custos apud TERENTIVMⁱ⁾ Chaereas, Ephebus Atheniensis, in Piraeo fuisse publice dicitur. De simili genere Episcoporum apud Indos, quid in vrbibus, quid in agris ageretur, Regibus ciuitatibusue denunciantium, testatur ARRIANVS^{k)} eisque hoc potissimum dat laudi, quod nemo illorum vnquam mendacii fuerit accusatus. In primis autem praefectos orae maritimae portuumque custodes Episcoporum nomine insignitos fuisse, non solum CICERONIS testimonio^{l)} comprobari, sed etiam ex CALLIMACHO perspici potest,^{m)} quem egregie hanc in rem EZECH. SPANHEMIUS illustravitⁿ⁾). Obuersantur quoque in iure nostro, speciatim in l. 18. §. 7. D. de Muner. et honor. Episcopi, qui praeſunt pani et caeteris venalibus rebus, quae ciuitatum populis ad quotidianum victum vſui sunt. Ex variis enim postremorum verborum lectionibus atque emendationibus, cum elegantioris Iurisprudentiae cultoribus, nulli dubitamus retinere hanc Tarellianam, HEVMANNO quoque nostro, nunquam sine elogio nominando, qui aliam

i) Eunuch. Act. 11. sc. 3.

m) in Hymno in Dian. v. 39.

k) Histor. Ind. p. m. 325 sq.

et 259.

l) L. VII. Ep. XI. ad Attic.

n) In obseruat. ad h. l.

* * *

aliam non minus ceteroquin ingeniosam, quam veteres ICti apud GELLIVM locutioni congruam substituerat ^{o)} paeplacentem. Per eiusmodi Episcopos, Gallis *Juges intendants de police et Commissaires des vivres dictos*, non male DIONYSIUS GOTHOFREDVS ^{p)} aediles Cereales intelligit, quos a Julio Caesare, ut frumento praefsent, constitutos et a Cerere ita nominatos esse, DIO CASSIUS ^{q)} auctor est et POMPONIUS quoque refert ^{r)}. Munus vero illorum nullum aliud fuisse, quam ministerium publicum, ab omni imperio alienum, fusius, et multo cum eruditionis adparatu ostendit SALMASIUS ^{s)}, in curatione munieris eiusmodi personalis, quam ICTUS ARCADIVS CHARISIUS, ex cuius scriptis legem illam transcripserunt compilatores Pandectarum, *in animi prouisione et corporalis laboris intentione* s. in corporis labore et sollicitudine animi ac vigilantia ponit, definitionem inuenisse laetatus, quae omnium optime in Episcopos ecclesiae quadraret. Hinc etiam, ut spiritualem animarum curam, ipsis incumbentem, eo luculentius declararet, medicos in subsidium vocauit, qui propterea,

D 3 quod

o) l. d. not. h.

r) l. 2. §. 32. de O. I.

p) Ad dict. leg. not. y.

s) l.c. et in *Apparatu ad lib.*

q) L. 43. p. 239.

de primatu Papæ pag.

161. sqq.



quod aegros inuisunt, attente inspiciunt, curiose obseruant et sollicite curant, περιόντες καὶ ἐπισκοπήντες XENOPHONTI et GALENO dicuntur. Et quamvis reprehensionem HERALDI^{t)} incurrit SALMASIVS, quod aegri ἐπισκοπήν de Medici ad aegrum itione dixisset; iure tamen meritoque hoc nomine ab AEGIDIO MENAGIO^{u)} fuit defensus. Interdum verbum ἐπισκοπέω idem denotare, quod lustrare, recensere, ex versione septuaginta interpretum demonstrat supra laudatus ZIEGLERVS^{x)}. Quamobrem haud dubie ERASMVS^{y)} illud militare verbum dixit, quod qui se profitetur ducem exercitus, ἐπισκοπῶ, id est, despicerē debeat, ne quid desit sui vexilli militibus. Vnde et HOMERVIS Hectorem ἐπισκοπὸν dixit. Haec omnia vero, satis, opinor, multiplicem vocabuli Episcopi in sensu, quod aiunt, politico vsum euincunt.

§. II.

Nec minus frequenter Latinum Superintendentis nomen eodem significatu adhiberi solet. Ita, ut vel vnum alterumue exemplum proferamus,

t) *Animaduers. in Salmas.* L. V. c. 20. dicis, aegros perambulantibus dicta sunt supra §. VII, not. e.

u) In *Amoenit. iur. cin. c. 35.* conf. quae de periodentis l. Me- x) l. c. §. 3. extr. y) In *Ecclesiaste* suo L. I. p. 47.

mus, DOMINICVM GUILIELMVM, celebrem Medicum ac Mathematicum, hydrometriae in primis, cuius professionem, in Academia Bononiensi recens conditam, multum ornauit, callentissimum egregioque, de Natura fluminum, Tractatu maximam consecutum famam, anno 1686. aquarum Bononiensium Superintendentem constitutum esse, docet ipsius elogium, Actis eruditorum Lipsiensium insertum²⁾; cuimodo aquarum publicarum ἐπισκοπήν, quae olim penes aediles atque censores cum potestate aliqua fuerat, ab Augusto peculiaribus curatoribus demandatam, ex FRONTINO, de *Aquaeductibus*, eo animo commemorat SALMASIVS³⁾, ut Episcopos sine imperio esse, nouo probet argumento. Aliud exemplum idque longe illstrissimum nobis praebet summa praefectura, quae Gallis vocatur *la Surintendance*, et varia eiusmodi Summorum praefectorum genera multiplicem huius vocabuli usum commonstrant^{b)}, Anglorum quoque, quibus a Superin-

z) Ann. 1711. mens. Iun.
pag. 47.

a) De foenore Trapezit. p.
529.

b) V. g. *Surintendant des finances, des batiments, de la fauconnerie, de la Venerie,*

Immo feminis quoque id nominis tribui, indicat titulus de Madame *la Surintendance*, quem summa familiae reginae praeposita, *La premiere officiere de la Maison de la Reine* gerit. vid. RICHELET Dicit. voc. *Surintendant*.



perintendant atque a Chief Ouerseer s. surueyor
sunt vnum idemque, et Italorum, qui per *Soprain-*
tendente et Sopracapo idem officium indicant,
idiomate receptum.

§. III.

Quemadmodum autem iam apud Romanos episcopi appellatio a rebus profanis ad sacras, adeoque ad ipsum cultum Deorum, fuit translata, quo sensu PLVTARCHVS in *Vita Numa Pon-*
tificem maximum τῶν ιερῶν παρθένων ἐπίσημον,
sacrarum virginum, quas Vestales vulgo nuncupatas esse, constat, *inspectorem et magistrum vo-*
cac; ita ecclesia Christiana ab incunabulis suis illud in omnibus istis significatibus, siue speculatori-
rem, siue inspectorem s. visitatorem s. curatorem
denotet, sibi proprium fecisse, ex sequentibus pat-
tebit. Quos vero Graeco vocabulo Episcopos
dixit ecclesia primaeva, illi successu temporis La-
tino nomine Superintendentes fuerunt appellati.
Praeiuuit hac appellatione AVGVSTINVS ^{c)}), in
dictum Pauli: *Qui Episcopatum desiderat, bonum*
opus desiderat; sic commentatus: *Exponere vo-*
luit, quid sit Episcopatus; quia nomen est operis,
non honoris. Graecum est enim atque inde du-
ctum vocabulum, quod ille, qui praeficitur, eis,
quibus

c) *De ciuit. Dei L. XIX. c. 19. apud GRATIANVM C. II.*
C. VIII. q. 1.

*quibus praeficitur, superintendit, curam eorum
scilicet gerens, ἐπὶ quippe super; συνόπτος vero
intentio est. Ergo Episcopos, si velimus, Latine
ne Superintendentes possimus dicere. Et quos
hic Superintendentes, alibi praepositos^{d)} et Su-
perintendentes^{e)} vocat, atque simul hanc compa-
rationem subiungit: Quomodo enim Vinitori al-
tior sit locus ad custodiendam vineam, sic et Epi-
scopis altior locus factus est. Nam ipsam quo-
que rationem ZONARAS^{f)} reddit, cur Episco-
pis cathedra in editiori templi loco collocata sit?
scilicet, ut indicetur, oportere eos populum sibi
commisum ex alto intueri et accurate obseruare.
Eadem vocabuli interpretatione vtitur HIERO-
NYMVS^{g)}. Quod quidem Graece, inquit, signi-
ficantius dicitnr, ἐπισυνοπτεῖν i. e. Superinten-
dentes, vnde et nomen Episcopi tractum est. Ple-
nius adhuc idem vocabulum explicat ISIDORVS^{h)}:
*Episcopatus autem vocabulum inde ductum, quod
ille, qui efficitur Episcopus, superintendat, scili-
cet curam gerens subditorum: συνοπτῶν enim
Graece, Latine intendere dicitur. Episcopi au-
tem Graece, Latine speculatores interpretan-**

E tur:

d) Ibid. L. VII. c. 1.

g) Apud GRATIAN. c. 24.

e) In Psalm 126.

D. 93.

f) Ad can. Apostol. 58.
p. 57.h) Etymol. L. VII. c. 12.
ibid. c. 1. D. 21.

34

tur: nam *speculator* est *praepositus in ecclesia dictus*, eo quod *speculetur*, et *perspiciat populum infra se positorum mores et vitam.* Quo stilo quoque vñ sunt THEOPHYLACTVS ⁱ⁾ et S. BONIFACIVS ^{k)} alter Episcopum ex eo dici, scribens, *quod omnes speculetur illisque prouideat;* alter, S. BONIFACIVS, *Episcopatum nominans speculationem.* Similiter SIDONIUS APOLLINARIS, cum Papas, Lupum, ^{l)} et Faustum ^{m)} alloquitur, *speculae charitatis meminit, de qua tanquam Episcopi Episcoporum, tota ecclesiae Dei membra et sacra superinspiciant.* Unde NICOLAVS I. Pontifex, ut significatum Episcopi intensiorem redderet, *superinspectoris nomen usurpauit* ⁿ⁾, GREGORIVS ^{o)} vero, postquam Marinianum Episcopum, quem obdormisse suspicatus erat, ad officium suum rite exequendum iussisset excitari, hanc admonitionis suae rationem subiungit; *quia, si haec non habet, vacuum Episcopi nomen tenet.* Quibus verbis Glossa, quantumvis alias fallax, eiusmodi Episcopum supinum ac negligentem indicari, recte monet, *qui non est Superintendens.* Et hoc apprime facit, quod

INNO-

i) In 1. Tim. 3.

m) L. IX. ep. 3.

k) In epist. 21. edit. LEZ-

n) Ep. 12. in App.

NERI.

o) L. V. ep. 29. in decreto

l) L. VII. ep. 1.

GRATIANIC. 6. D. 86.

INNOCENTIVS III. ^{p)} pronunciauit: *Viduata ecclesia dicitur, quae, licet Episcopum habeat, inutilem tamen perhibetur habere.* Verum enim vero, iam dudum inutiles factos esse ecclesiae Rom. Episcopos, ex quo scilicet creuit ipsorum potentia in rebus saecularibus, quis non ex ipso indole ac natura τῆς ἐπισκοπῆς intelligit, quae cum secundum P A V L V M ^{q)} debeat consistere ἐν τῷ ἐπιμελεῖσθαι τῆς ἐκκλησίας, in cura ecclesiae, non possunt non secundum P E T R V M ^{r)} ἀλλαστριεπίσκοποι dici, qui res alienas curant, contra ad se pertinentes negligenter tractant. Cum Superintendentis titulo, Latinus inspectoris, qui in non-nullis prouinciis quoque Decanus vel praepositus adpellari solet, nomen, in quibusdam ecclesiis usitatum, conuenire itidemque Episcopum significare, cum GERHARDO IOH. VOSSIO ^{s)}, adnotauit ZIEGLERVS ^{t)}, qui studiose veterum loca hoc spectantia collegit. Ex dictis vero satis adparet, Superintendentis titulum non adeo nouum, nec a Protestantibus demum adinuentum; sed iam patribus ecclesiae cognitum fuisse.

E 2

§. IV.

p) c.2. X. de Translat. Episc.

rr) In Etymol. voc. Episcopus.

q) 1. Tim. III. 5.

s) In Superintendente c. III.

r) 1. Ep. IV. 15.

§. 2. et 4.

§. IV.

Ad rem ipsam si nunc animum aduententes
potiora saltem capita percenseamus, Superinten-
dentes nostros veri nominis Episcopos esse, eas-
demque, quas antiqui, functiones obire, depre-
hendemus. Non repetam hic, quod iam alibi
saepius monitum fuit ^{t)}, nullum tribus prioribus
saeculis inter Episcopos et Presbyteros fuisse dis-
crimen, nisi quod, tempore succidente illi περι-
τοναθεοπίαν ^{l.} primam in horum confessu sedem
tenerent. ^{u)} Hoc solum, facem nobis praferen-
te III. BOEHMERO^x), ex recondita antiquitate
ecclesiastica sufficiet adduxisse, mutata licet sae-
culo quarto, quo Episcopi non amplius singulis
adstricti fuerunt ecclesiis, sed pluribus cooperunt
praesse, rerum facie, paulatimque iis, qui in vrbe
Metropolitana Episcopi munere fungebantur,
praerogatiua quadam tributa, intra solos tamen
hanc

t) Vid. supr. §. 4. not. a. et
conf. progr. nostrum inaug-
de collectione iuris can. tum ve-
teris tum recentior. p. 15. not.
i. et vtroque loco laudatos scri-
ptores, quibus addas, si lubet,
ex nostratis BALTHAS.
MEISNERVM, Theologum, in
diff. cit. de Legibus p. 556. sqq.
et ZIEGLERVM, Ictum, de
Episcopis L. I. c. III. atque ex

pontificiis Reu. IOH. PETR.
GIBERT, in Corp. iur. can. Co-
lon. Allobrog. 1735. III. Tom.
in fol. edit. T. I. prolegom.
part. prior. Tit. XIX.

u) Conf. III. BOEHMERI
diff. VII. I. E. A. de Confessu
ord. eccl. §. 12. sqq.

x) Diff. VIII. de Veteri ec-
clesiae statu §. 19. sqq. add. I.
E. P. L. I. Tit. 31. §. 80.

hanc ipsam inspectionis limites substituisse ^{y)} , vi
cuius Metropolitanis incumbebat vitae et mori-
bus reliquorum Episcoporum inuigilare atque
cavere, ne quid ab iis in detrimentum ecclesiae
susciperetur. ^{z)}

§. V.

Haec subordinatio tempore Reformationis,
ipso praeiente, Hierarchiae pontificiae destructo-
re, B. LUTHERO^{x)}, prudenti quidem et ecclesiae
salutari consilio retenta, atque sic ecclesiae etiam,
Euangelicae religioni addictae, in certos districtus,
qui in iure canonico Dioeceses s. territoria vocan-
tur, diuisae, sed nomen pristinum Episcopi, quip-
pe quod a simplicitate primaeua iam penitus ab-
errauerat, postea quam fastu intumescentes eccle-
siae Antistites officii sui limites transgressi , iura

E 3 Prin-

y) Quousque autem ea se se-
extenderit successu temporis,
ex iis videre licet, quae ele-
ganter ac solide, more suo,
differuit Vir. III. 10 H. IAC.
MASCOVIVS in diff. iuris ec-
cles. publ. de Primatis, Me-
tropolitanis et reliquis Episcopis
ecclesiae German. Lips. 1729.

z) Conf. DAVID CLARK-
SON Traité historiques de l'
Etat primitif de l' Episcopat.

a) In Libello visitatorio c.

17. f. im Unterricht der Visitato-
ren T. IV. Altenb. fol. 408.
rubr. Von Verordnung der Su-
perattendenten, vbi ita scribit:
Dieser Pfarr soll Superatten-
dens seyn auf alle andere Priester,
so im Amt oder Revier des Orts
sigen, sie wohnen unter den Clö-
stern, Stiftern, den von Adel oder
andern, und fleißig aufmerken ha-
ben, daß in den obbestimmten
Pfarren recht und christlich geleh-
ret se.



Principum non solum circa sacra, sed etiam circa profana, usurpatorum instar, inuasissent, repudiatum, eiusque loco modestius Superattendentis ^{b)} f. Superintendentis vocabulum adhibitum est, quod circa annum 1528. potissimum vsu inualuisse, ex VITI LVDOVICI a SECKENDORFF *Historia Lutheranismi* adparet ^{c)}. Ipsum tamen LUTHERVM postea quoque nihilominus adhuc Superintendentes Episcopos salutasse, inter alia, Epistola indicat, quam anno 1544. ad Superintendentem Saxo - Gothanum, FRID. MYCONIVM, scripsit, et in cuius inscriptione eum Episcopum Gothensem et Thuringiae vocat ^{d)}. Hinc etiam CASPAR AQVILA, amicus LUTHERI, modo

b) Hoc nomen ab initio frequentius usurpatum fuisse, quam Superintendentis, cum ex ipsis scriptis LUTHERI, tum ex GEORG. VOGLERI Epistola ad Superintendentes Onoldinos, infra laudanda, tum etiam ex Pastorum et Superintendentium coaeuorum subscriptionibus patescit, quas vid. apud Cl. IOH. ERDM. BIECK im dreyfachen Interim p. 122. nec non ex literis, ab Electore Sax. IOH. FRIDERICO ad G. SPALATINVM Superattendentem Altenburg.

eiusque vxorem anno 1543. datis, quae exhibentur im Alten und Neuen anno 1730. Zweyter Vertrag n. 11.

c) Conf. L. II. Sect. 13. §. 36. addit. 2. n. 28.

d) Conf. IOH. GEORG. IVNCKERI Addit. ad Myconium Rediuuum ab ANTONIO PROBO, quondam Superintendentente Generali Vinariensi, oratione Latina, quam deinde IOH. MATH. IVNCKE-RVS in vernaculam conuertit, celebratum pag. 66. et 75.

* * *

modo Pastorem et Superattendentem, modo Pa-
storem et Episcopum Salfeldensem se scripsit ⁵⁾).
Neque adeo errarunt ICTI nostri, CONRADVS
RITTERSHVS IVS ^{f)}, MATTH. STEPHANI ^{g)},
THEODOR VS REINKINGIVS ^{h)} eosque secu-
tus, magnus CARPZOVIVS ⁱ⁾, quum Superinten-
dentes hodiernos Episcopos appellauerunt. Nec
fane dubium est ullum, posse, si principi ita visum
fuerit, vetus Episcopi nomen, quod in ecclesiis,
Anglicana, Danica et Suecica ad hunc usque diem
vigere neminem fugit, inspectoribus ecclesiarum
nostrarum s. Superintendentibus iure quasi postli-
minii tribui ^{k)}; sicuti e contrario Henrico VIII.
Regi Angliae, quondam placuit Thomae Crom-
wello titulum *supremi Superattendentis in sa-*
cris, et cum eo auctoritatem, ipsa Archiepisco-
pali maiorem, conferre ^{l)}; atque in Scotia, teste

THO-

e) In der Hochthigen Er-
mahnung an das kleine blöde ver-
zagte Christen Häuslein anno
1548. Erford. edit cuius re-
censio extat in der Sammlung
von alten und neuen anno 1730.
Erster Beitrag n. V.

f) Ad Nouell. P. I. c. 7. n.

10.

g) de Jurisd. L. III. P. I. c.
16.

h) De Regim. saecul. et ec-
cles. L. III. Class. 2. c. 3. n. 10.

i) Iurisprud. Consistor. L. II.
D. 19.

k) Conf. BOEHM. I. E. P.
I. c. §. 76. et Ill. PERTSCH.
Elem. iur. can. et Protestant.
ecclesiast. L. I. §. 255.

l) Vid. I. c. BECMANN.
Histor. orb. terrar. P. II, c. IV.
§. 24.



THOMA SHMITHO^m), adhuc circa annum 1640.
moris fuit Episcopos Superintendentes nominare.
Nec in Polonia infrequentem esse hancce adpel-
lationem, Superattendentes Lutherani, Bohemici
et Reformati, quorum mentionem facit summe
Reu. TABLONSKIUSⁿ), ostendunt. Sunt igitur
Superintendentes nostri in sensu primaeuae eccle-
siae veri Episcopi, qui in pastores suae Dioceseos
inspectionem habent, et, sicubi ad instar Metropo-
litanorum, quod ipsum nomen adhuc in Hassia vnu-
seruatur, Superintendens Generalis^o), aut, sicut
in Ducatu Luneburgico^p), Generalissimus consti-
tutus est, ipsius inspectioni subsunt eiusque consilio
in causis alicuius momenti, ne omnia statim ad
Consistorium deferre sit necesse, vti debent.

§. VI.

Sicuti autem olim Apostoli in vniuersum in
presbyteris eligendis eorum in primis rationem ha-
buerunt, qui probatissimis moribus, sancto Spiritu
sapientiaque pleni essent, vnde etiam *νατὸς ἐξοχὴν*
sapientes vocati^q); sicut PAVLVVS^r speciatim
virtu-

m) In *Vita VSSERII* p. 33. Lüneburg. Cellischen und Gruben-

n) In Libro de *Consensu* hagischen theils Kirchen-Ordnung
Sendomir. p. 188. 202. 213. c. III.

et 219.

o) Conf. THOMASII Iu-
rist. Håndel p. II. Cas. XI. §.
18. q) Testibus IOH. SELDE-
NO de *Synedr.* L. I. c. 14. et
VITRINGA de *Synag.* vet. L.
III. p. 1. c. 1.

p) Vid Fürstl. Braunschweig-

r) i. Tim. III. 2.

virtutes eminentiores in Episcopo, qui irreprehensibilis esse debet, requirit; neque ex decreto concilii Laod.³⁾ eligendi erant, nisi hi, quos multo ante nota probabilisque vita commendauerat, et qui in sermone fidei et recta operatione per suam conuersationem fuerint probati: ita hodie num in constituendis Superintendentibus, quo exemplum praebere optimum non solum gregi suo, sed etiam pastoribus, inspectioni suae subiectis, possint, idem obseruari sapienter, vi iuris circa sacra, iubent Principes Euangelici in Ordinationibus suis ecclesiasticis⁴⁾), quas utilissimo in-

s) c. 12. apud. GRATIAN.
c. 6. D. 61.

t) Instar omnium hic laudanda venit ordinatio eccles. Elector. Sax. sub Rubr. von der Visitation und Superintendentenz bey den Kirchen, tum a ZIEGLERO in Superintendentene c. IX. §. 22. tum a BOEHMERO I. d. §. 80. adducta, ad cuius exemplum ceterae pleraque sunt compositae. Sane iisdem fere verbis d. IVLIVS Dux Brunsvico - Luneb. eandem circa constitutionem Superintendentium curam Consistorio suo iniunxit in Ordinat. eccles. 1569. promulgata, anno 1615. reuisa, et Tomo I. de-

rer Braunschweig. Lüneburgisch. Landes-Ordnungen, quae Gottingae prodierunt, inserta N. I. vbi sub Rubr. Superintendentenz-Ordnung p. 245. sic dispositum legimus: Befehlen und wollen hiermit, daß von Unserm Consistorio dieselbig Superintendentenz mit ihren General und special Superintendenten in ihrer Austheilung verscheit und erhalten werden, mit gelehrten, gottfürchtigen, ernsthäftigen, tapfern Männern, die zu Gottes Wort, rechter prophetischen, apostolischen, heiligen, christlichen, Catholischen Religion, und der Augspurgl. Confession, auch Kirchen, ein sondern Eifer, darzu ihre gute Testimonia

mo instituto colligere coepit Illustris MOSE-
RVS. ^u)

§. VII.

Sed magis adhuc similitudo inter Episcopos veteres et Superintendentes hodiernos elucescet, si iam vtriusque muneric functiones potiores sigillatim expendamus. Et primo quidem constat, Presbyteros atque Episcopos primitiuae ecclesiae non solum concionatos fuisse, sed etiam sacramenta administrasse, quod opus S. S. ποιμάνων s. pacscere gregem Christi vocat. ^{x)} Vnde quoque PAVLVS in electione eiusmodi Pastorum ad dominum διδαστιὸν respici vult ^{y)}, atque Presbyteros, qui recte gubernant, duplice honore dignos iudicat, μάλιστα τὰς ποπιῶντας ἐν λόγῳ ναὶ διδασκαλίᾳ maxime in sermone et doctrina elaborantes ^{z)}. Neque tamen omnes, qua tales, fuerunt doctores, aut ad docendum constituti, sed magis directores, conser-

ftimonia und Zeugniß, beyhe der Lehre und des Lebens, bey der Kirchen und männlich haben, damit sie mit der Wahrheit von den Lästerern nicht getadelt, sondern desto statlicher ihre wirkliche Execution, wie hernach unterschiedlich an jeden Ort davon gemerkt, volnstrecken mögen. Similia sanctit Ordinatio eccles Coburg.

p. 260. nec non Comitatus Lipiensis Lemgou. 1684. publicata c. 26. Von dem Amt der Superintend.

u) In *Corpore iuris Euan-gel. eccles.*

x) Conf. ZIEGL. de *Epi-scopis* L. IV. c. 3.

y) 1. Tim. III. 2.

z) l. c. V. 17.

conseruando in ecclesia bono ordini intenti, potestate vero docendi, si donis necessariis instructi essent, gaudentes. Itaque munus doctoris et presbyteri in yna eademque persona saepe fuit coniunctum. *Alii tamen ut VITRINGAE^{a)} verbis vtar, vel rarius docuerunt vel etiam docendo penitus abstinuerunt, siue quod ad docendum minus fuerint idonei, siue quod in eodem coetu alios habuerint, se exercitatores, et ad docendum dicendumque copiosius instructos, cum ipsi interea temporis aliam aliquam partem munieris presbyteri diligentius curarent.* Hinc distinctionem inter presbyteros docentes et regentes ortam esse, iam dudum viri in antiquitatibus ecclesiasticis versatissimi obseruarunt^{b)}. Ita quoque Superintendentes nostri, quorum muneri plerumque cura animarum cum pastoratu primario unita est, et docent verbum diuinum et reliqua peragunt sacra. Quum tamen principis nomine suam *ἐπιστοπήν* exerceant, atque in ipsis arbitrio positum sit, cui illam velit demandare^{c)}, etiam non ordinata


F 2

to

a) I. c. L. II. c. 3. p. 493.

b) Vid. VITRINGA l.c. et BOEHMER. Diff. VI. I. E. A. de differentia inter ordinem eccl. et plebem s. inter CLERICOS et LAICOS §. 41. sqq.

c) conf. BRUNNEM. *Iur. eccl.* L. II. c. 8. 21. ibique STRYCK. ZIEGLER. in *Superintend.* c. IV. §. 9. PERTSCH. l. c. §. 260. ENGAV. I. d. §. 67.



to^d), Professori Theologiae , immo ICto , si ita libuerit, quippe qui Consistorii , cui Superintendentes parent, praesidem agere potest ; facile est ad intelligendum , praedicationem verbi diuini et administrationem sacramentorum non ita cohaerere cum hoc munere, vt ab eo separari nequeant. Vnde iam TITIVS^e) notauit ZIEGLERVM , in alia omnia hic abeuntem^f). Hoc tamen simul silentio praeterire non possumus , quod iam cum VITRINGA monuit BOEHMERVS^g), post inductum inter Episcopos et Presbyteros discriminem, illos munus docendi ita sibi proprium fecisse , vt sine eorum auctoritate nemo inferiorum ad illud admitteretur. Digna sunt verba Celeb. LE MOYNE^h) ab vtroque adducta, quae hic quoque locum inueniant. *Concionandi negotium, inquit, spectabat ad Apostolos, Episcopos et primos Presbyteros.* Hinc in veteris ecclesiae temporibus semper concionabantur Episcopi, nec inferiores Presbyteri hoc munus occupabant, nisi annuentibus et concedentibus Episcopis et priori-

d) Vid. TITIVS Probe des
geistl. Rechtes L. II. c. 8. §. 9.
sqq. BOEHMER. I. E. P. L. I.
Tit. 31. §. 81. et 90. et Tit.
39. §. 51. III. FLEISCHER.
Einleitung zum geistl. Recht L.
I. c. 20. §. 6.

e) l. d. §. 34.

f) l. d. cap. IX.

g) Diff. cit. VI. §. 42.

h) in Not. ad POLYCARP.
Epist. p. 35.

prioribus Presbyteris. Eodem modo Superintendentes, quorum est curare, ut salua sit religio et ecclesia, Candidatis ministerii suggestum aperiunt, nemoque sine ipsorum permisso ad concionem, ne quidem *δοκιμαστικήν*, admitti potestⁱ). Vocationes quoque et praesentatos examinant, examinatos confirmant, confirmatos ordinant, ordinatosque inuestiunt^k); vacantibus porro ecclesiis prospiciunt, earumque curam, donec nouus pastor constituantur, vicinis commendant,^l) iura et priuilegia sibi subiectorum tuentur, alicubi synodos cogunt, inspectionem in scholas, hospitalia, aliae loca pia exercent, rationes ab administratoribus bonorum ecclesiasticorum exigunt, curam orphanorum et viduarum gerunt, adeoque omnia peragunt, quae olim presbyteris et Episcopis incumbebant.^m) Praecipua vero cura, quae cum mu-

F. 3 nere

i) ZIEGLER. I. c. cap. XI.
TITIVS I. c. §. 37.

k) ZIEGLER. l. c. c. i. 3. sqq.
LEHMANN. de officio Superint.
c. V. sqq. BOEHMER. I. E. P.
L. I. Tit. 13. §. 5. PERTSCH.
l. d. ENGAV. l. c. §. 68. et 261.

1) Conf. BOEHM. I. P. Sect.
VIII. c. 2. §. 24.

m) Conf. ZIEGLER. I. c.
c. 23. sqq. BOEHMER. Diss.
cit. VI. §. 24. I. E. P. L. I. Tit. 31.

§. vlt. et I. I. C. L. I. Tit. 24.
§. XI. Add. qui vestigia eius
sequuntur, PERTSCH. l. c. et
ENGAV. l. c. Nuperime quo-
que Vir Reu. IOH. CHRIST-
HEINZELMANNVS officia ve-
térum Episcoporum percen-
suit in *Commentatione Histori-
co Theol. de Episcopis et dia-
conis primaevae eccles. Christia-
nae, quam dissertationi viri s.
R. ac dottiſſ. DAN. SALTHE-*

nere ipsorum coniuncta erat, ipsamque adeo nominis Episcopalis rationem exprimebat, circa inspectionem sedulamque inquisitionem in vitam et mores tam parochorum, quam parochianorum dioeceseos suae, fuit occupata. Quae cum felices successus habere non posset, nisi ipsi subinde prouincias circumendo ecclesias visitarent, nauios hic vel illic latentes detegerent, detectos sanarent, quae ad disciplinam ecclesiasticam emendandam pertinerent, decernerent, adeoque salutem ecclesiae promouerent; magno rei Christianae incremento visitationes ecclesiasticae ad exemplum ipsorum Apostolorum, qui varia itinera et pro ecclesiis nouis plantandis et pro plantatis inuisendis suscepereuntⁿ), introductae sunt certisque legibus determinatae^o). Agnouerunt eiusdem instituti primaeui utilitatem atque necessitatem^p), inculcante inprimis Luthero, principes Euangeli ci, ideoque vi supremae, quae ipsis competit, inspectionis in sacra, Superintendentibus ius visitandi scho-

NII, S. Th. D. et Prof. Ord.
in Acad. Region. de Diaconois
veoꝝtuoꝝ opposuit.

n) Conf. Act. XV. 14. et
36. 1. Cor. XI. 34.

o) Conf. BOEHMER I. E.
P. L. III. Tit. 39. et in SCHIL-
TERO illustrato L. I. Tit. 6.

p) De qua ex instituto quoque egerunt scriptores quam plures. Conf. ERASM. SARCI-
RIVS von jährl. Kirchen-Visita-
tionen, IOH. a Münster von
der Kirchen-Visitat. AHASV.
FRITSCH. de iure Visitat. ec-
cles. ZIEGL. de Episcop. L. III.
c. 26. et in Superint. c. 22.

* * *

scholas et ecclesias intra limites sui cuique territorii tribuerunt, certas in Ordinationibus ecclesiasticis ^{q)} formulas praescribentes, iuxta quas tum pastores, tum Ludimoderatores, tum etiam paroeciani debeant examinari. Praebuit hac quoque in parte Ordinatio ecclesiastica Electoralis Saxonica ^{r)} reliquis exemplum, quae succedentibus temporibus prodierunt. Et notabilis in primis est Georgii, Marchionis Brandenb. Ordinatio eccles. ao. 1533. publicata, quae in Bibliotheca Agendorum, ex insigni adparatu BOCKELMANNIANO, qui Cellae asseruatur, a Cl. IOAN. CASPAR. KOENIGIO editorum, primum tenet locum, et cuius obseruationem tantopere vrget GEORGIVS VOGLERVS, in Epistola anno 1534. insequenti ad Superattendentes Onoldinos, de Visitatione ecclesiarum solenni instituenda, scri-
pta.

q) Conf. Thur - Sächsische Kirchen-Ordnung Rubr. von der Visitation und Superintendenz bey den Kirchen; Braunschweig- Lüneb. Kirchen-Ordnung Rubr. Superintendenz- Ordnung, in Collectione Constitut. provincial. Gottingensi Tom. I. p. 245. sq. add. Königl. Preußl. Instruction, wornach die Inspectores der Neumarkt und incorporirten Cregen, ein jeder in seiner Dioceſei die Local-Visita-

tionen anzustellen und zu verrichten haben, apud MOSERVUM in Corpore iur. Euangel. eccles. Tom. II. p. 1037. lqq.

r) Conferri hic merentur, quae ad veterem historiam Visitationis facrorum in terris Electoratus Sax. ilustrandam publici iuris fecit Celeberr. KAPPIVS in der kleinen Nachleſe einiger zur Reformationen-Ge- schichte nützlichen Urkunden.

pta.^f) Sapientissimi legislatores Brunsuicenses iam olim praxin primituue ecclesiae Christia- nae in visitandis ecclesiis adprobarunt ^e), eo- rumque sanctiones ecclesiae tam salutares nouum ante aliquot annos ex confirmatione Regis M. Brittanniae Augustissimi robur acceperunt. Normam vero accuratissimam, itidem regia auctoritate roboratam, iuxta quam Visitatores ecclesiarum et rationes ecclesiasticas examinare et per singula capita in doctrinam moresque visitandorum inquirere debeant, praescripsit Summe venerabilis Senatus ecclesiasticus Hannoueranus ^u). Neque tamen

s) Exhibit illam V. C.
FRID. IAC. BEYSCHLAGIVS
 in Sylloge varior. opusc. T. I.
 Fasc. IV. n. VI. qui ibid. etiam
 p. 909. B. 10H. GVIL. de
 LITH, ad se scriptam epistola-
 lam inseruit eaque viri huius,
 suis in ecclesiam meritis post
 fata viuentis, de ordinandis
 ad exemplum Visitationis Sa-
 xonicae in terris Onoldinis
 ecclesiarum visitationibus, ad-
 hibitam curam comprobauit.

t) In Ordinat. eccles. Cel-
 lensi de anno 1619. Tit. von
 der Visitation, p. 20. verbis:
 Weilen auch ohn fleißig Aufsehen
 der Obrigkeit gute Ordnung nicht
 beständig seyn, zumahl aber in den

Kirchen, als darin der Satan sein
 Unkraut gemeinigl. gerne säet, Vi-
 sitationes hoch vonnöthen, solche
 Visitationes auch in der ersten
 Kirchen aus bewegenden Ursachen
 gebräuchl. gewesen und vorgenom-
 men worden, damit man erfahren
 möge, daß die göttliche Lehre rechte
 getrieben, so falsche Lehren einreis-
 sen wolten, dieselben abgewande-
 und allenthalben ein christl. gott-
 seel. Leben von Pastoren und Zu-
 hörern geführet, und alle befinden-
 de Mängel, sonst besorg-ärgerl.
 Nachfolge bey Zeiten zuverhüten,
 abgeschafft werden mögen, so sol-
 len ic.

u) Conf. Monita Generalia
 über die Kirchen und Capell-Rech-
 nungen

* * *

tamen ius visitandi Superintendentibus nostris maiorem potestatem in Pastores sibi subordinatos civesque sui territorii tribuit, quam olim habuerunt Episcopi, quos nullo plane imperio nullaque iurisdictione instructos fuisse, cum ex iis facile colligi potest, quae supra de ipsa nominis, nudam inspectionem denotantis, explicatione in medium attulimus, tum alii ex instituto late demonstrarunt ^{x)}. Omnis igitur ipsorum potestas intra terminos amicabilis compositionis fese continebat, quae sub nomine Episcopalis audientiae intelligi solet. ^{y)} Innuunt hoc ipsi canones, quibus passim iniungitur Episcopis, ut *dissidentes fratres, siue Clericos s. Laicos ad pacem magis, quam ad iudicium, coercent,* ^{z)} itemque, ut ad solum Deum et salutem populi habentes respectum, omni tepiditate semota, ad pacem firmiter tenendam mutuum sibi consilium et auxilium praebeant; ne-

G

que

nungen de anno 1727. et Visitations-Directorium, nach welchem die General und Special Superintendenten bey den special Kirchen- und Schul-Visitationen sich zu richten haben de anno 1734. T. I. der Chur-Braunschweig-Lüneb. Landes-Ordnungen N. XVII. et XXVI.

^{x)} Conf. omnino SALMAS. de primatu papae, add. ZIEGL.

de *Episcop.* L. III. c. 30. et in *Dicast.* Concl. 16. LINCK. de *Iure Episcopali* cap. XI.

^{y)} Vid. Tit. C. de *Episcop.* *audient.* ibiq. DIONYS. GOTHOFREDVS not. e. conf. ZIEGL. in *Superint.* c. 16. et BOEHMER. I. E. P. L. I. Tit. 31. §. 87.

^{z)} c. 7. D. 90.





que hoc alicuias amore vel odio praetermittant.^{a)} Isdem limitibus circumscriptam videamus cognitionem causarum, quae Superintendebus relicta est.^{b)} Et quamvis alicubi eis decisio nonnullarum causarum leuioris momenti, ne partes statim Consistorio negotium faceant, sit

in dubio si etiam cognoscuntur.

a) c. 11. cit. dist. 90.

b) Id clare patet ex ordinat. eccles. Sax. ex qua varia capita eo spectantia excerptis ZIEGLERVS l. c. quae vbi de causis coram Superintendebus finiendis loquuntur, phrases von güt. Verhören, die Partheyen mit wissenden und biligen Dingen zu vereinigen, occurrunt additurnque: Da über solche Unterhandlung und angewandten Fleiß sie einander rechtl. Forderung nicht erlassen wolten, soll der Superintendentis mit dem Amtmann Erb- und Gerichts-Herrn an unser Consistorium gelangen lassen, was sie zwischen ihren gehandelt, wie alle Sachen beschaffen, und an wem die Güte erwunden, daselbst durch sie unsere Consistorialen der Partheyen Zweytracht und Sachen, so viel möglich güt und ohne Weitläufigkeit, auch da die Güte nicht falt finde, durch Recht, doch ohne langen Process, sum-

marischer Weise entschieden werden sollen. Quae totidem fere verbis disposita sunt in Ord. eccles. Brunsv. cit. T. I. p. 241. Cum iisdem plane conueniunt, quae sancita sunt in Edicto Visitat. Regio Boruss de ao. 1715. §. 32. sqq. hisce verbis: Seynd sie einiger Puncte halber streitig, muß Visitator die Güte tentiren, und wann solche statt findet, den Punct so wie er unter denen Interessenten verglichen worden, der Designation inseriren und dieselbe alsdann gleichfalls von allen unterschreiben lassen und einsenden. Will die Güte nicht statt finden, muß der Visitator hier und überall bei der Visitation sich aller rechtlichen Decisionen gängl. enthalten, und die Puncta, darinn man einig, von allen Theilen unterschreiben lassen, die streitigen Puncta aber hernach befügen und zu des Consistorii oder der General-Visitationen rechtlichen Entscheidung aussstellen.

* * *

demandata; non alia tamen subintelligitur, quam quae per modum transactionis liti finem imponit. Vnde nequidem primam Instantiam in sensu proprio ac iuridico illis tribui vult CARPOVIVS^{c)}, quem sequitur ZIEGLERVS^{d)}, ab ILL. BOEHMERO quoque^{e)} suo suffragio exceptus; quum decisiones ipsorum vires rei iudicatae consequi nequeant, sed, ubi partes litigantes ad concordiam amice perduci non potuerunt, res ad Senatum ecclesiasticum, qui Principis nomine iurisdictionem ecclesiasticam exercet, tanquam ad forum ordinarium, referenda et ab eo sententia sit expectanda. Nihilo tamen minus Superintendentibus eandem fidem, ac iudici, haberi de rebus, quae coram ipsis sic gestae fuerunt, adeoque Registraturas eorum semiplenam probationem facere, recte contendunt HORNIUS^{f)} et Perill. WERNHERVS^{g)}.

§. VIII.

Tantum vero abest, ut iurisdictio ecclesiastica iis competit, ut ne quidem ius excommunicandi,

G 2

VI

c) *Iurispr. Confessor.* L. III.
def. 4.

d) I. c. §. 16. sqq.

e) I. c. §. 88. et L. II. Tit.

7. §. 18. L. III. Tit. 39. §. 84.

f) In diss. de probatione plena per unum testem c. II. thes.

8.

g) P. II. obs. 481



çandi, in quo alias potestatem ecclesiasticam prae-
cipue sese exserere, nonnulli sibi persuaserunt^{h)},
sibi vindicare propriae auctoritate ac sine prae-
scitu superioris, ad quem omnis spectat disciplina
ecclesiastica, membrum aliquod a corpore eccl-
esiastico rescindere possintⁱ⁾, quod neque Episcopos
primitiae ecclesiae facere potuisse, sed ad excom-
municationem decernendam consensu et iudicio
totius ecclesiae opus habuisse, compertum est.^{k)}
Ex hoc ipso fundamento Superintendentes nostri
neque deprecationem publicam s. poenitentiam
ecclesiasticam sua auctoritate, sed iussu demum
principis aut Consistorii, quod eius vicem sustinet,
vel injungunt, vel iniunctam remittunt.

INDEX

- h) Vid. **FECHT** de *Excom-
municatione*.
- i) Vid. **REINKING** de *Reg.
Sec. et eccles.* L. III. Clasf. 6. c.
2. n. 25. **ZIEGLER**. I. c. cap.
18. **BOEHMER**. I. c. L. I. Tit.
31. §. 89. **PERTSCH**. I. d. §.
262. et in *Tract. vom Recht
des Kirchen-Banns* c. IV. §. 1.
- ibid. cit. **EDM. GIBSON**. 'of
*Visitations parochial and Ge-
neral*' p. 122. sqq. et **IOH. HV-
GVES** diss. prael. ad libr.
CHRYSOST. de *Sacerdot.* p.
99. sq.
- k) *Conf. Scriptores modo
lausdatus.*



* * *

INDEX RERUM.

A.

Adiuncti

ecclesiae Rom. p. 3. eorum origo
ibid. substituuntur episcopis ib.
Superintendentium 4. 22. eorum
origo 4. in Sax. Elect. inueniuntur
22. et in Ducatis Sax. 23.
non vero extra Sax. ibid. similes
illis fuerunt Locumtenentes Ar-
chidiaconorum in terris Brun-
suico - Luneburg. ibid. eorum
subordinatio ibid. sunt vel me-
diati vel immediati 24

Adiunctura

Frauenbreitungenis est immediata

24

Aediles Cereales

apud Romanos episcopi sunt nomi-
nati 29. eorum officium ibid.

Apostoli

ecclesias in ciuitatibus considerunt
4. in vicis verbum diuinum do-
cuerunt 5. presbyteros elegerunt
40. *ecclesias* visitarunt 46

C.

Coadiutores

ecclesiae Rom. 3. substituuntur
episcopis ibid.

Chorepiscopi

sunt vocati episcopi in agris 10.
ita vocati sunt *χαράκη* ib. subiecti
fuerunt episcopis ciuitatibus
31. veri fuerunt episcopi, 13.
ipsorum potestas in conciliis Sae-

culi IV. fuit limitata, 14. vocan-
tur episcoporum communistri et
collegae ibid. item vicarii, ibid.
duplicis generis fuerunt in ve-
tere ecclesia ibid. penitus tan-
dem sunt sublati 15. in ecclesia
Occidentali diutius floruerunt
18. 19. a Carolo M. sunt re-
probati, 19. in ipsorum locum
Decani rurales et plebani sunt
surrogati, 20. comparantur cum
Adiunctis Superintendentium 22

Chorepiscoporum nomen tardius in-
notuit, quam ipsa res, 6. prima
mentio facta in Synodo Ancyranæ
10. in concilio Neocaesariensi.
ibid. Antiocheno, ibid. Laodi-
ceno, ibid. Chalcedonensi, ibid.
dignitas in Occidente non fuit
ignota, ibid. conditio in ecclesia
Anglicana, 20. tempore Henrici
VIII. ibid. Iacobi I. ibid.

Confessoria

Protestantium iurisdictionem ecclie-
siasticam nomine principis exer-
cent 24

Confessorii praeses

potest esse ICtus 44

Custodes portuum

episcopi sunt dicti, 28

D.

Damasi,
epistola quaedam supposititia, 15

G 3

Decani



<i>Decani</i>	
rurales et plebani surrogati fuerunt in locum Chorepiscoporum	20
Decanorum nomen extra Sax. est receptum	23
<i>Decisiones</i>	
Superintendentium non consequuntur vires rei iudicatae	51
<i>Deprecationem publicam</i>	
Superintendentes non iniungunt nisi iunctam non remittunt	52
<i>Dit</i>	
gentilium episcopi sunt vocati	26
<i>Dioeceses</i>	
curiae Superintendentis sunt demandatae	21.
diuiduntur in parochias	22
<i>Disciplina ecclesiastica</i>	
pertinet ad superiorem	52
<i>E.</i>	
<i>Ecclesiae</i>	
primitiuae fuos habuerunt presbyteros s. episcopos g. Evangelicae in dioeceses sunt diuisae	37
<i>Episcopalis</i>	
audientia 49. iurisdictio hodie est penes principes,	21
<i>Episcopatus</i>	
non latius ab initio quam hodiernae parochiae patuerunt	9
<i>Episcopi</i>	
cur ita dicti 33. 34. et presbyteri ab initio aequales fuerunt 8. 36	
in agris chorepiscopi sunt vocati 10.	
comparantur meretricibus in epistola DAMASI 19. nomen est	
<i>antiquissimum</i>	25.
gentilium fuit tributum 26. regibus ib. inspectoribus rerum profanarum	
ibid. et 28	
apud Graecos 27. Indos 28. Roma- nos 28. 32. Christianos 32	
Superintendentes sunt dicti 32	
eorum nomen repudiatum 37. superest hodie in Anglia, Dania et Suecia 39. in Polonia 40	
primitiuae ecclesiae concessioni sunt 42. sacramenta administrarunt ib. non habuere ius excommunicandi	
52	
munus docendi sibi proprium fecerunt 44. nullam habuerunt iurisdictionem	49
corum in urbibus ambitio Saeculo IV. 9. sibi solis titulum episcopi reseruarunt 10	
corum dissolutum viuendi genus describitur 19	
<i>G.</i>	
<i>Gentiles</i>	
cur pagani vocati, 7	
<i>Gentilium</i>	
indignatio aduersus coetus Christianorum	7
<i>I.</i>	
<i>Inspectio</i>	
difserit apud Rom. a potestate 26	
<i>Inspectores</i>	
rerum profanorum olim episcopi sunt dicti 26. 28	
<i>Iureconsultus</i>	
potesit esse praeses consistorii 44	
<i>Iuris-</i>	

<i>Jurisdictionis episcopalis</i>	22	<i>Presbyteri</i>
hodie est penes principes	21	et episcopi ab initio aequales fuerunt 8. 36. sapientes sunt vocati 40. electi sunt ab Apostolis ib. in docentes et regentes dispescuntur 43
<i>Ius circa sacra</i>	21	primitiae ecclesiae concessionati sunt 42. sacramenta administrarunt ib.
potestati ciuili vindicatum 21. principibus euangelicis restitutum ib.		
<i>Locutio[n]es</i>	22	
Archidiaconorum in terris Brunsvico-Luneb. similes fuerunt Adiunctis Superintendentium 23		
LVTHERVS Superintendentes episcopos vocavit 38		
<i>M.</i> M. nomen est adiu <i>Medici</i>		
climi dii sunt periodeutae 16. sunt immunes ab onere tutelae ibid.		
<i>Metropolitani</i>		
munus 36. nomen in Hassia adhuc est in usu 40		
<i>P.</i>		
<i>Parochi</i>	22	
sunt Superintendenti		
<i>Parochiae</i>		
vocabulum a rusticis ecclesiis ad urbanas est translatum 9		
<i>Periodeuta</i>		
est curator animarum 15. fuit titulus Medici ib. et deinde Medicastri 16		
<i>Petrus</i>		
tres habuit chorepiscopos 6		
<i>Poenitentiam ecclesiasticam</i>		
Superintendentes non iniungunt 52. iniunctam non remittunt ibid.		
<i>Praefecti orae maritimae</i>		
episcopi sunt dicti 28		

<i>R.</i>	
<i>Reges</i>	26
episcopi sunt dicti, Regionarii	
vocati sunt Chorepiscopi 10	
<i>Registratura Superintendentium</i>	
semiplenam faciunt probationem 51	
<i>Ruris episcopi</i>	
nominati sunt Chorepiscopi 10	
<i>S.</i>	
<i>Senatus ecclesiasticus</i>	
exercet iurisdictionem ecclesiasticam nomine Principis, 51	
<i>Sopraintendente</i>	
Italorum 32	
<i>Status ecclesiasticus</i>	
per reformationem fuit mutatus 25	
<i>Substituti</i>	
ministerii ecclesiastici apud Protestantates 4	
<i>Superin-</i>	

<i>Superintendent</i>	
<i>Anglorum</i>	32
<i>Superintendens</i>	
<i>aquarum Bononiensium</i>	31
<i>sunt Superioris parochorum</i>	22
vocantur praepositi 33. Super-	
intendentes ib. Decani 35. Super-	
attendentes 38. sunt veri episco-	
pi 36. 40. a LUTHERO episcopi	
vocantur 38. et a multis ICtis 39.	
in Scotia A. 1640. adhuc epi-	
scopi sunt vocati 40	
nostri docent verbū diuinū 43.	
peragunt reliqua sacra ibid. can-	
didatis ministerii suggestum appe-	
riunt 45. examinant vocatos ib.	
confirmant examinatos ibid. or-	
dinant confirmatos ibid. inuesti-	
unt ordinatos ibid. prospici-	
ciunt ecclesiis vacantibus ibid.	
tuentur priuilegia sibi subiecto-	
rum ibid. exercent inspectionem	
in scholas et hospitalia ibid. exi-	
gunt rationes ab administratori-	
bis bonorum ecclesiasticorum ib.	
gerunt curam orphanorum et	
viduarum ibid. inquirunt in vi-	
tam et mores parochorum et pa-	
rochianorum 46. habent ius visi-	
tandi scholas et ecclesiis 47. non	
habent iurisdictionem ecclesiasti-	
cam 50. 51. decidunt tamen ali-	
cubi caussas leues ibid.	
non habent ius excommunicandi	
52. poenitentiam ecclesiasticam	
non initungunt ibid. iniunctionam	
non remittunt, ibid.	
<i>Generales</i> in Sax. Elect. in desuetu-	
dinem abierunt 22	
<i>Generalissimus</i> in ducatu Luneb. 40	
<i>Speciales</i> in terris Brunsuico-Lune-	
burg. sunt frequentes 23	
<i>Generali</i> plures <i>speciales</i> sunt sub-	
ordinati 22. in Sax. Electorali	
ibid. in Ducatibus Saxoniae 23.	
non extra Saxoniam, ibid.	
ii. non est tribuenda prima instan-	
tia 51	
eius nomen varios habet significa-	
tus 30. titulus non est nouus 35.	
circa annum 1528. vnu inua-	
luit 38	
eorum decisiones non consequun-	
tur vires rei iudicatae 51. regi-	
stratae semiplenam faciunt	
probationem ibid.	
<i>Superintendentae Adiani</i> ,	
eorum origo, 4	
<i>Surintendent</i>	
apud Gallos 31	
V.	
<i>Vicani</i>	
adpellati sunt chorepiscopi 10	
item vicarii 14. villani 10	
<i>Visitationes</i>	
<i>ecclesiasticae</i> 46 seq.	

Kr 2422 C

X2368142



